



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

Cl. Dieterich, Bernhard und Werner von der Schulenburg verkaufen
Hebungen aus Salfeld zu einem Altare in der St. Lorenzkirche zu
Salzwedel, am 1. Mai 1330.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

minj M^o. CCC^o. XXX^o., feria quinta post marci ewangeliste, presentibus Johanne Bertoldj pro-
 consule, Thybolk Thywytinges, Stephano thuritz, Johanne latekote, ciuibus in salt-
 wedel, ac alijs multis ad hoc pro testibus vocatis et rogatis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Saltwedel, Fach 39, No. 38.

CI. Dieterich, Bernhard und Werner von der Schulenburg verkaufen Gebungen aus Salfeld
 zu einem Altare in der St. Lorenzkirche zu Saltwedel, am 1. Mai 1330.

Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, milites et germani, dicti de Schu-
 lenborch, nostrique veri heredes uniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit cu-
 pinus fore notum, quod unanimitate et consensu vendidimus iusto venditionis titulo domino
 Johanni sacerdoti filio Nicolai de Gorzeke XXX modios siliginis pro XVI marcis minus fer-
 tone Stendalgenfis argenti in villa Zeluelde sitos in curia Thebele, cum aduocacia intra sepes
 ejusdem curie, cum decima minuta et pullo dicto rochun ac XX denariis censualibus suisque atti-
 nentiis uniuersis in villa, campis, pratis, aquis, pascuis, siluis, exceptis lignis dictis Heynholt, ad altare
 situm in ecclesia B. Laurentii in Saltwedel ad sinistram manum versus castrum, consecratum in
 honorem B. apostolorum Petri, Pauli, Jacobi et Mathei, nichil juris nobis et nostris veris heredibus
 in predicta curia preter solam precariam hereditariam, que ad castrum Bezendorp pertinere
 dignoscitur, referuantes. Proprietatem uero super premissis bonis procurabimus de nostris bonis
 infra hinc et festum Philippi et Jacobi anno reuoluto. In horum autem pacificam possessionem ho-
 norum Dominum Johannem predictum sacerdotem ad manus Frederici clerici, filii Bodonis cer-
 donis, noue ciuitatis Saltwedel ciuis, predicti altaris Vicarii, per Vickonem dictum Broken,
 nostrum famulum, nostra ex uera iussione fecimus introduci ad usum sepedicti altaris temporibus
 presentibus et futuris. Quod si eorundem honorum proprietatem infra premissam terminum procur-
 rare non possemus quod absit, tunc quidquid idem dominus Johannes una cum Bodone presato,
 patre Frederici, Vicarii altaris sepius memorati, uel quibus ipsi commiserint, si medio tempore dece-
 derint, statuerunt faciendum integraliter faciemus. In cujus venditionis et emptionis euidentis testi-
 monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXX^o., in die Phi-
 lippi et Jacobi apostolorum beatorum.

Gerken's Dipl. II., 604—606.

CII. Bischof Hermann's Ablafsbrief für den Kaland in Saltwedel, vom 25. November 1331.

Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras uisuris uel auditoris frater hermannus, dei gra-
 tia Belouilonensis ecclesie episcopus, gerens uices in pontificalibus uenerabilium uirorum
 dominorum Monasteriensis et paderbornensis ecclesiarum episcoporum, salutem in domino. Quoslibet
 Cristi fideles ad zelum deuotionis et ad opera caritatis inuitare cupientes, omnibus uere penitenti-